Patriarcham. Et tunc idem Antonius Patriarcha, videns rebelles nolentes ei obedire, cœpit guerram cum eis; & multa damna intulit eis; & ipſi e contra; ſed multo majora damna, & pericula inimici ejus pertulerunt. Benedictus vero, qui putaba

ve inundatio aquarum. Tunc prorogaverunt treguas de octo in octo dies, & de decem in decem uſque ad penultimam diem Septembris. Et die ultimo Septembris Civitatenſes cum quibuſdam Ungaris, quos proditorie fecerunt venire in Terram

52

occidamus. Et venerant cum magno exercitu equitum et pedestrium et curruum non remote a terra Utini capientes omnes [illegible] terram Utini ad saccomanum. Sed quia Deus non derelinquit sperantes in eo, Utinenses miserant nuntios ad illas gentes, quae iam prope terram Utini erant, et pacti sunt ad invicem, quod si Tristanus non recedit a terra Utini, aut quod ipsi tradant eum eis, quod ipsi ~~tradere~~ respicit terram et homines et omnia bona auferent et Tristanum morti tradent. Venientes autem nuntii relatione facta dixerunt Tristano quod non poterant ipsum concordare de proditione facta eam. Tristanus audiens hoc et timens ne incurreret in manibus eorum circa noctis mediam exivit de terra Utini cum quamplurimis de terra et ivit Savorgnanum die octave Aprilis. Boni autem viri et nobiles mitigaverant gentes illas et spoponderant eis daturos duodecim millia ducatorum et vinum et bladum et alia necessaria; et sic factum est. Et venerant in terram Utini fere ducenti, et similiter omnes qui exierant pro timore quando intravit Tristanus, et imposuerant vexillum ecclesiae Aquilegiensis super castrum Utini et promiserant omnes obedire domino imperatori et abierant iterum ad fortalitia eorum quae receperant a Venetis. Et in illis diebus venerant Veneti cum exercitu suo fere cum sex millibus, volentes similiter recuperare fortalitia eorum et etiam capientes et volentes tollere vi bona ecclesiae Aquilegiensis, sicut ante fecerant. Sed ipsi Hungari defendentes se viriliter victoriam obtinuerunt et quattuor bombardas eis abstulerant et duc.

c) om. M. 2 — n) om. omnes codices — r) hec M. 1 — w) sic L., Aquilegensis M. 1; Aquileiensis M. 2 Aquileiensis L. — y) om. M. 1 — z) e L.

Sed antequam dictae gentes appropinquassent Utinum, Utinenses cum consilio domini Tristani de Savorgnano miserunt ad Venetos, ut subvenirent eis. Qui Veneti responderunt non posse eis dare subsidium quae verba ceteris in codicibus plane eadem postea leguntur.